

assumpt. pati poterant florentinos ipsorum sumptibus militare. Item dubitabant dona predicta repetere, detinendo Tornanum, ac cum essent reprobi, legis auxilium invocare. Cum igitur super hiis invicem altercarentur et questiones plurime inter eos, novissime re-
assumpta mutata stituta sunt bona et Tornanum est expedite dimissum, dominis ipsius loci vendentibus ipsum episcopo florentino; et comitatus est denuo certis finibus designatus, florentinis nichil lucrantibus super eos (1). Quibus actis, credidit Florentia quiescere cum senensibus, recuperato Tornano, quod semper respicit regionem civitati propinquam, et suarum rerum pacifica possessione letari, et opus non esse proponere legem, *Si quis in tantum*: cum eisdem sub alicuius examine contendendo.

Lig. Ind. I. Procedente tempore, cum contra statuta pacta a senensibus se pulsatos esse dicerent florentini, et senenses requisiti ^{non} resisterent a proposito; cum iam per biennium castrum Montis Pulciani guerram fecissent; insurrexerunt adversus eos potentissime florentini; annuntiata per preconem secundum consuetudinem die, et victorioso preeunte carrocio; cum per duos menses iam campana bellicosa pulsata fuisset, intraverunt comitatum senensem, prope castrum Monsaltum dictum, castra ponentes; potestate tunc inter cetera taliter contionante:

proponentes
Lig. Ind. I. « Invita Florentia trahitur ad bellandum, et indebite cotidie contra iura vexatur. Iuris igitur clipeum deferentes, solatium preliando lucrantur, et armorum onus est leve ac suave item bellantibus pro iustitia, et crescit honor filiis, existentibus patribus in vigore, nec lamentantur hereditate dampnosa, et proborum in pugna fama volans, otium in futurum generat successoribus. Procedemus igitur in nomine magni Dei victoriae, de iure prestolantes adventum, et invicem in bello precurrere procurantes. *adventum* Esse arma non permittatis in otio: et si fortuitu ipsa deficerent, strevas (2) non differatis appetere, ac supplere defectum, etiam morsibus in subsidium ».

Lig. Ind. K Residentibus itaque florentinis circa predictum castrum, amicis assumptis, proiecerunt cum manganis pluribus in eodem: et ut non possent in eodem stantes super recessu vel exitu cogitare, quando mortis periculum incurrerent vel capture, custodiebatur idem semper undique per custodes. Cum autem die quadam igneos radios emittente sole, custodes inermes ad arborum quiescerent umbras pro labore fessi; ecce senenses, proponentes eripere de periculo in castello morantes, ex improvise manu forti venire, plures occidentes ex ipsis. In castello vero existentes, cum non esset habilis exitus ex eodem, elegerunt potius fortuitum casum expectare, quam iter aperire ferro. Florentini vero videntes custodum capturam, et eorundem crudelissimam necem; in ictu armis induti, irruerunt citissime in eos, et fugaverunt per quattuor miliaria eosdem, non per vias aptas bello, sed per silvas et nemora, iter quorum est etiam feris silvaticis cum iniuria. Eis siquidem nemora profuere, et eisdem fuerunt ipsa dampnosa; nam multis prorogavere vitam, et quibusdam supervenit mors, qui remanserunt per ne-

(1) Con lodo dato ai 4 di giugno del 1204 in Poggibonsi da Uggeri potestà di quel luogo, alla presenza de' Consoli florentini e senesi, fu posto fine per allora a questa lite; restando assegnati al comune di Firenze vari luoghi e castelli, tra i quali il contrastato Tornano, che fu sottoposto alla diogesi florentina. I Signori del castello di Tornano vennero poi ad abitare in Siena, e ne ebbero la cittadinanza, chiamandosi i Tornanini.

(2) *Streva* ed anche *Strefa* nella bassa latinità, secondo il Ducange, significò Staffa. Forse qui questo significato non calza bene. Meglio per bastoni, mazze.